



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

3 Quæritur an crimen purget contritio sola.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

ut fornicationis non perducatur ad chaos, in eo legitur, lapsa fornicationis, liceat.

C. XVII. ¶ Puniatur, qui hac crimina committit, non tamen legitimam dimittat, uxorem.

Item a.

S I b quis cum matre i fornicatus fuerit spirituali anathematis, ut scitis, percutitur icibus. Similiter autem & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa, quam ante Episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit uncta, fornicationis perpetraverit scelus: legitimam tamen, si habuit, non dimittat uxorem.

9 pars. Quos 2 enim Deus conjunxit, iudex sua auctoritate separare non debet.

1 ¶ Cum matre] Sic in Pannormia, & apud Ivonem p. 9. c. 36. sed apud eundem p. 1. c. 138. legitur: si quis cum commatrec, sicut etiam in concilio Vuormaciensi.

2 ¶ Quos enim] Hac non sicut in Vuormaciensi, neq. apud Ivonem, sed sicut eadem in Pannormia.

C. XVIII. ¶ Non homo separat, quos pena condemnat.

Quoniam Isidorus hoc aliter intelligat, dicens.

Q Vos e Deus conjunxit, homo non separat. Quis quomodo? subaudi violenter, sine lege, absque ratione, quos Deus conjunxit, homo non separat. Non enim homo separat, quos pena condemnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat.

Verum hoc pro his dictum intelligitur, quos iudices seculi pro suis sceleribus legum severitate percellunt, quos vel morte puniunt, vel deportari iubent.

C. XIX. ¶ De eodem.

Item ex Concilio Toletano VI. c. 8.

16. ANTIQUI d & sanctissimi est patris sententia Papae Leonis, ut is, qui in ztatis adolescentia positus, dum mortis formidat casum, pervenerit ad poenitentiae remedium, si conjugatus forte e fuerit incontinens, ne postea adulterii lapsum incurrat, redeat ad pristinum conjugium, quousque possit adipisci temporis maturitate continentiae statum: quod nos sicut de viris, ita de feminis aequo modo censemus. Non quidem hoc generaliter, & canonicè est praeceptum, sed constat à nobis pro humana fragilitate indulgendum. Et dumtaxat ratione, ut si is, qui poenitentiae non est legibus deditus, ante ab hac vita decesserit, quam ex consensu ad continentiam unus eorum fuerit regressus, superstitionem liceat denuò ad uxoris transire amplexus. Si autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit absolutionem f poenitentis, nubat, si se continere non potest, & alterius g confortio fruatur uxoris. Quod de utroque sexu quomodo à nobis manifestum est esse decretum: ita videlicet, ut in omnibus sacerdotis expectetur ordinatio, ut iuxta quod ztatem aptam perpexerit, poenitentiae, absolutionis, vel distinctionis tribuat legem.

1 ¶ Vnus eorum] In antiquis conciliorum editionibus est, eorum unde: in uno Vaticano codice, alter eorundem: in codice Luxensi regio, ad continentiam eorum fuerit. in posterioribus autem Coloniensibus editionibus, alter ad continentiam eat, unde fuerit regressus. Itaq. in tanta varietate retenta est vulgata lectio Gratiani, qua est in manuscriptis quoz, ipsius exemplaribus.

a al. Idem. b. In eodem concilio, cap. 39. Ivo. part. 1. c. 138. & part. 9. cap. 26. Pannorm. l. 7. c. 64. c. Matib. 19. d. Sup. ead. in adolescentia. e. al. est sicut. f. al. benedictionem. g. al. ultimum.

TRACTATUS DE

Poenitentia.

QVÆSTIO III.

H I breviter decessit, in quibus extra negotii solum de quantum evagari sumus, ad proposita causa tertiam quaestionem per tractandam (qua quartur):

DISTINCTIO I.

V Trum i sola cordis contritione, & secreta satisfactio, absque oris confessione quisq. possit Deo satisfacere.) redeamus. Sicut enim qui dicitur, quemlibet criminis veniam sine confessione salta ecclesia, & sacerdotali iudicio posse promereri, iuxta illud Ambrosii super Lucam ad cap. 22.

¶ Gratianus ad explicandam hanc tertiam quaestionem multa attulit. Quam per longam tractationem, qui cura sequuti sumus, in septem distinctiones divisimus. In antiquioribus enim exemplaribus nulla est distinctionum separatio: in aliquibus vero in margine tantum est, Distinctio prima, secunda, &c.

1 ¶ Vtrum [sola] Hac conjugenda sunt cum superioribus, quoadmodum in pervestigis suis conjuncta: ab illis enim pendunt.

C. I.

P Etrus a doluit & flevit, quia erravit, ut homo. Non invenio, quid dixerit, invenio, quod fleverit: lacrymas ejus lego, satisfactionem non lego.

C. II.

Item i.

L Achrymæ b lavent delictum, quod voce padoe c confiteri.

1 ¶ Item] Sequatur, Ioannes Chrysostomus, episcopus quem hac ipsa oratio verba non sunt inventa. Sed quod B. Ambrosium possit ultima verba capitis precedentis sequitur. Sed quod defendi non potest, absolvi potest. Lavent lacrymarum delictum, &c. & Ambrosium citat Magister sententiarum.

C. III.

Item Propheta.

S Acrificium e Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

C. IV.

Item.

D Ixi d, confitebor ad veriam me in iustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

C. V.

Quod Augustinus exponit ait.

M Agna e pietas Dei, ut ad solam promissionem peccata dimiserit. ¶ Nondum pronuntiat ore, & tamen Deus jam audit in corde, quia ipsum dicit, quibus quoddam pronuntiare est. Votum enim pro opere reparatur.

¶ Initium usq. ad vers. Nondum. est Caspiteri, quem etiam glossa ordinario, & magister. Qua vero sequatur, magna ex parte sunt ex B. Augustino.

C. VI.

Cod. lib. 1. de Episcopis & cler. Imperator Iovianus.

2 S I quis f, non dicam rapere, sed attentare tantummodo jungendi causa matroni sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur g.

C. VII.

Item lib. 2. tit. de postulando Imp. Leo & Anthemius Nicestrato Praefecto praetoris.

N Emo vel in foro magnitudinis tuae, vel in provinciali iudicio, vel apud quocunq. iudicem accedat ad rogatorum confortium, nisi sacrosanctis catholicae religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo, vel quadam machinatione si-

a Sent. 4. dist. 17. Luc. 22. b. Ivo ibid. c. Psalm. 101. d. Psalm. 31. e. Gloss. ordin. in eum locum ex Augusti. & Caspitero. Sup. 17. q. 1. qui bona. versio magna parat. Sent. iud. f. Tit. 3. & cod. Theod. l. 9. tit. 25. l. 2. 3. q. 2. si quis non dicitur. Tit. part. dist. 1. 2. 6. 7. Puly. l. 4. tit. 25. g. al. feriatur. Sum.

